



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

30 Reservata sunt omnia beneficia, quae ad ordinariorum collationem  
spectant, si intra sex menses à die scientiae vacationis non conferantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- modo liber, & quandoctunque vacantia, etiam dovoluta, & reservata conferendi.
- 22 Undecimò omnia † beneficia ecclesiastica secularia, & quorumvis ordinum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, & aliarum quarumvis militiarum regularia quæcunque, & qualiacunque sint propter crimen hæresis vacantia, cap. ad abolendam, de heret. de quibus in impetratio-ne specialiter, & dispositivo modus vacationis propter crimen hæresis exprimi debet, Pius V. cum ex Apostolatus, constit. 29. & Greg. XIII. constit. 68. in Ecclesiis.
- 22 Conceditur tamen † hæretico quandoque retentio beneficiorum, fieri rem suum agnoscendo, abjuraret, d. cap. ad abolendam. & ibi Abb. num. 5. cap. excommunicamus eod. tit. num. 10. & Felin. d. cap. ad abolendam, num. 2. & cum sit speciale, quod in crimine hæresis liceat pœnitere, quod in aliis criminibus regulariter non est permisum, in foro scilicet, l. qui ea mente ff. de furt. & l. penul. ff. de vi bon. rapt. debet statim in hæresi deprehensus paratus esse sponte sui hæresim abjurare, d. cap. ad abolendam, & ibi Felin. & Gril. in tract. de heret. l. i. q. 5. num. 3.
- 24 Duodecimò beneficia † quæcunque cujuscunque qualitatis existentia, quæ in confidentiam retinentur, si tamen retineti in confidentiam hodie possunt etiam si de jure patronatus laicorum, etiam illustrium, existant, Pius IV. constit. 109. Romanum Pontificem.
- 25 Decimotertiò vacantia † ob non publicationem resignationum, ut in Bull. Rom. Greg. XIII. constit. 87.
- Decimoquarto parochiales, † quæ ab ordinariis collatoribus, forma concilii Tridentini noui servata, conferuntur, cap. 18. de reform. sess. 24. quæ provisio ius, aut titulum, etiam possidendi, non tribuant coloratum, & Pius V. constit. 23. in conferendio.
- 27 Decimoquinto parochiales † ad collationem Ordinariorum, de quibus intra sex menses non providerunt, & in mensibus sedi Apostolicæ reservatis † intra quatuor menses à die vacationis, concursum ad Romanam curiam pro litteris Apostolicis expediendis non transmiserunt, de quibus tunc sine concursu auctoritate Apostolica provideretur, ut in ead: constit. 32.
- 28 Decimosexto, quæ de † jurepatronatus existunt, si presentatus intra tempus patronis à jure præfixum, prævio examenе juxta formam dicti concil. approbatu, petatur institui, institutioque ipsa per duos menses à die presentationis dilata fuerit, ut in eadem const. Pii V. 32. In conferendis: id tamen habet locum cesse-ante omni legitimo impedimento, quia si propter litem inter compatronos, vel inter plures presentatos ad institutionem intra duos menses legitime devenerit non potest, tunc cessat de volutio, & reservatio, quia non currit tempus ei, qui litigat. Bart. in auth. si tamen, num. 1. C. de temp. appell.
- 30 Decimoseptimo omnia † beneficia ultra sex mensium spatium a die scientiæ Ordinariorum collatorum vacantia, ut in cap. 2. de concess. præb. quia collatio devolvitur ad superiorem, cap. cum nostris, & cap. cum litteras, de concess. præb. cap. unic. vers. porrò ut eccl. benef. sine diminut. cof. & Re-

Hb 2

bis.

- buf. in pract. benefic. de devolut. num. 1.
- 31 Decimo octavo † parochiales ecclesiae, quartum provisum à die pacificat possessionis intra annum, ad sacerdotium non cura-<sup>35</sup> verint se promoveri, cap. licet, cap. statutum, & cap. commissa, de elect. in 6, at annus hujusmodi non currit impedito, quia incipit, impedimento cestante, & post pacificam adeptam possessionem, vel à tempore, quo per provisum fuit, quomodo possessionem assequatur, d. cap. commissa, & gloss. in d. cap. licet, in verb. an-<sup>36</sup> num, de elect.
- 32 Decimonono generaliter † omnia beneficia, de quibus Ordinarii, & alii collatores contra concil. Tridentin. decreta disponunt, ut idem Papa Clemens in reg. 1. cancell. in fin.
- 33 Vigesimò omnia † beneficia schismaticorum, quæ propterea schismatici amittunt, cap. nos consuetudinem, 12. distin. & cap. quia diligentia, de elect. & quam detestabile sit hoc crimen ostendit dominus in Datan, & Abiron, quos terra vivos absorbuit, cum domibus, tabernaculis, & universa substantia eorum, Deuter. cap. 11. & patet in cap. deni-<sup>37</sup> que, 7. quest. 1. & in cap. in nomine, 23. dist.
- 34 Vigesimo primò beneficia † vacantia per violationem sequestri lite pendente in curia Romana, clement, unic. 5. si quis autem, de seq. post. & fructu: quia cum sint in curia litigiosa, Sedi Apostolica sunt reservata, nisi sequestrum fuerit violatum, lite pendente in Rota per appellationem, quo casu, ut evicetur circuitus, poterit adjutor in odium sequestrum violantis, beneficium in colligantibus personam conferre, clemen. ad-
- jutor. de rescript. quod est speciale in Rotæ auditoribus, ut per gloss. in ead. clem. auditor. in ver. deputatus à nobis, & aliis casibus † altero decedente, non potest Ordinarius de beneficio litigioso in superstitem disponere, quia lite pendentem nihil est innovandum, clemen. 1. & 2. ut lit. pendent. & subrogatio in juribus defuncti spectat ad Papam, cap. fin. eod. tit. in 6. & Cassad. de decis. 5. num. 1. & tot. tit. ut lit. penden.
- 36 Vigesimosecundò beneficia † vacantia per simoniam, ut in d. constit. cum pri-<sup>mùm</sup> quæ vacant ipso jure: & est crimen, quod æquiparatur criminis hæretici, & læsa maiestatis, cap. 1. ubi gloss. ult. de test. in 6.
- Vigesimotertiò † vacantia per ad-<sup>38</sup> petitionem possessionis litteris Apostolicis non expeditis, quando quis auctoritate Apostolica fuit de beneficio provisus. Paul. III. constit. 33. que incipit, Sandissimus, in Bull. Rom. impres.
- Vigesimoquarto sunt specialiter reser-<sup>39</sup>vata omnia beneficia, quæ per resignationem, vel obitum auctoritate Apostolica conferuntur † cum decreto, quod provisum beneficium tunc obtentum in manibus Papæ intra duos menses, aut aliud tempus, resignare teneatur, & quod de eo per sedem Apostolicam duntaxat provideri possit, & similes reservationes sunt speciales pro beneficiis tunc expressis. Cassad. decis. 3. num. 3. de reservat. & Monet. de optio. cap. 31. num. 44.
- Vigesimoquinto † omnia beneficia, quæ causa rebellionis contra sedem Apostolicam, contumacia, aut cujuscunque criminis, vel delicti Apostolica au-<sup>40</sup>ctoris